

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 41. Duo Rutheni Episcopi Romam delati summo Pontifici obsequium
præstituri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul XVI.

A.C. 1595.

§. XLI.

*Duo Rutheni Episcopi Romam d.
lati summo Pontifici obsequium
præstituri.*

Lett. D'os. Insuper lætitia, quam Pontifex, atque
Sat. t. 1. & universa Urbs Romana ob Franciæ
2. p. 511. Regis absolutionem conceperat, non
pag. 11. parum augebatur adventu Hippatii
Chron. de Pociey Volodimiræ, & Cyrilli Terlecki
Pias. ann. Lueskiensis, qui ambo Rutheni ritus
1595. Ciac. Episcopi, nomine sui Cleri illis Provin-
t. 4. p. 253. ciis subditi Romam supplicatum vene-
 rant, ut Ecclesiæ Romanæ, a qua
 quingentis abhinc annis segregati,
 Ecclesiæ Græcæ schisma profitebantur,
 rursus unirentur. Porro hi duo Episcopi
 circa omnia capita convenerant cum
 illis, quos Papa nominabat, ut cum
 eis conferrent, quocirca abjuratis
 erroribus suis fidei Professionem juxta
 Ecclesiæ Romanæ articulos die vigili-
 ma tertia Decembbris præsentibus sum-
 mo Pontifice, & Cardinalibus emitte-
 bant. Enimvero Rex Poloniæ ad eo-
 rum conversionem haud parum confe-
 rebat: ast hi Episcopi in patriam suam
 reversi Clerum suum magis, quam un-
 quam, a sacræ Sedis obsequio alienum
 experiebantur, quinimo Ostowskius
 Kiovensis Palatinus, omnesque Russiæ
 Proceres ad Cleri exemplum hanc unio-
 nem

nem rejecerunt, hoc usi obtentu, quod Sæcul. XVI.
ea absque eorum consensu conciliata A C 1595.
fuisse: unde sicut antea in suo schis-
mate perseverarunt.

§. XLII.

*Cophti rursus Romanæ Ecclesiæ
aggregati.*

Ineunte eodem anno Gabriel Ec- Thu. l. 114.
clesiæ Alexandrinæ, seu Cophtorum, Leo Allatius
qui Christiani Jacobitæ, seu Ægypti de perp.
Monophysitæ appellantur, Patriarcha conf. lib. 3.
ab Ambrosio Auria in Mauritania Epi- c. 8. Spond.
scopo, & Hieronymo Vecchieto Sacer- num. 14.
dote sollicitatus pariter ad Clementem
VIII. Papam suos Oratores ablegabat,
ut hi Ægyptiorum, & Æthiopum no-
mine Ecclesiæ Romanæ Primum pro-
fiterentur. Hi ergo Legati ad Pontifi-
cis alloquium admissi, ejusque pedibus
provoluti veræ fidei professionem emit-
tebant, abjuratisque Græcorum erro-
ribus circa processionem Spiritus sancti,
agnitisque septem Sacramentis Conci-
lium Nicænum I. Constantinopolita-
num I. Ephesinum itidem primum, &
Calcedonense, necnon Constantinopoli-
tanum II. agnoscebant, rejecta Synodo
secunda, seu potius Conciliabulo Ephe-
sino, in quo post Flaviani Constantino-
politani Episcopi mortem Dioscori Ale-
xandrini Patriarchæ factio tanta pol-
lebat

K k 3

lebat